



kgl.komp.

21955

III

Mag. St. Dr.

P

annus

Todgorski Samuels Ioannis. Tributum gratitudinis.

PANEG. et VITAE
Polon. Fol.
N^o 945.

TRIBUTUM
GRATITUDINIS,
MAGNIFICO PERILLVSTRI,

&

RNDISSIMO DOMINO,
D.M. SEBASTIANO
PISKORSKI,

V. I. DOCTORI, & PROFESSORI, COLLEGÆ DD.
JURISPERITORUM, ECCLESiarum, CATHEDRALIS CRA-
COVIEN: & COLLEGIATARUM VIELUNEN: CANONICO,
SANCTORUM OMNIUM ARCHIDIACONO, SCHOLARUM
NOVODVORSIANARUM PROVISORI, ALMÆ VNIVER-
SITATIS CRAC: PROCANCELLARIO DIGNISSIMO
EIUSDEMQUE VIGILANTISSIMO.



RECTORI,

IN FESTO SVI TVTELARIS,
Pro Amplissimis Beneficijs,

M. SAMUELE JOANNE PODGURSKI,
*Philosophia Doctore & Professore, Collega Minore,
Sacra Authoritate Apostolica Notario Publico,*

Vigore Clientalis obligationis,

OBLATVM.

Anno conscripti per legem gratiæ, Orbis,
1695. Die 20. Ianuarij.

CRACOVIAE, TYPIS VNIVERSITATIS.

Vexere superbe

Pompeium Mariumq; rota, fremituq; secundo
Excepere suos, olim Capitolia Paulos,
Scipiadasq; duos. illis post classica Mavors
Tempora murali fertur vinxisse corona:
Serta triumphantes alijs, plaudente Senatu,
Cinxerunt rostrata rates: hunc quercus honor;
Illi vile tulit gramen, fragransq; capillis
Myrtus, & in levibus fulsit Victoria ramis.
Nec palma fuit amplius bonos, quasitaq; Gracie
Gloria, cum rapidis tremeret sub curribus Elis,
Argolicosq; Duces tenui vestiret oliva.
At, quæ Palladium maneant insignia Gentem?
Quos Studijs fortuna Deos, quæ Sceptra Camœnie
Conciliet? - - - -
Ecce renascentes Regum clementia Musas,
Erigit, & multo RECTOR sublimis in Ostro,
Ad sua signa jubet spretas reviviscere lauros,
Claraq; Pegaseis, donat suffragia curis.

Gaspar Barlaeus, Lib. I, Heroic.

21.955 III



TRIBUTUM GRATITUDINIS.

Inter continuas Victrix, nova dona triumphos.
Inclyta Roma tuit, claris celebranda trophæis,
Vrbs Augusta suis conscripsit juribus Orbem.
Convenere simul gentes, populiq; potentes.
Obsequium Dominæ multis fecere tributis.
Iam Numidæ, Mauri, Cilices, Arabesq; remoti.
Iam Lydi, Sardi, Eyci, Tyrijq; , Natoli,
Messani, Græci, Locrenses, Mesopotami
Ægypti, Persæ, Eubæi, fortisq; Numantî.
Hyrcani, Cypri, Cretenses, ultima Thule
Quos tenet atq; suis vastus complectitur ortus,
Occasusq; locis Phœbi; quiçunque sub Arcto,
Ducunt vitales auras; quoscunque sereno
Aspicit in cæli prælucens vertice Titan,
Omnes Augusto eensus pretiumque tulere.
Sed cur Romano mundus conferre Monarchæ,
Munera tanta libens voluit? numerosa Tributa,
Cur tulit in celas Octavi Principis arces?
Promeruit Cæsar tantos ex orbe favores,
Imperio Superum simili, qui cuncta gubernans.
Non sibi Magnanimus, sed toti vixerat Orbi:
Cælitùs oblatus Princeps, pius atque benignus,
Imperij tantum sivevit curare salutem:
Nam Regem Patremq; gerens, huc omnia summi
Arbitrij prudens traxit molimina; nec non
Solicitis semper volvēbat, talia curis,
Publica Romuleæ, constans ut gloria gentis.
Perpetuò fieret, splendoreret Roma triumphis
Pluribus, & Latium nunquam miserabile fatum.
Civibus in proprijs ut conspexisse valeret.
Principis has tanti curas, hoc pectus anhelum.
In Te nunc video, veneror, colo, Maxime RECTOR.

A2

Nam



Nam si Roma potens, tanto sub Principe, gentes
Imperio placido retinens, hinc mille trophyæ
Exxit, palmas tribuit subiectus & Orbis
Augusto, Dominum Patriæ, Patremq; gerenti:
Et Tibi, qui placide moderaris, Palladis orbem
RECTOR MAGNIFICVS, gestas Augusta Lycæ
Sceptra Jagellonij, populi summulusq; Togati
Inclita continuas faustè moderatina Princeps,
Augustale sacrum surgat, virtute Magistrâ,
Palladis ingenio, cenu, dulciq; labore.
Pro meritis summis, sumas de pectore grato,
Iam pridem collecta Tibi, numeresq; Tributa.
Et quidni tenear cordis tibi soluere census?
Qui mihi regali censeris munere fungi.
Nam Sapiens Rex est animorum, fascibus orbis,
Imperijs throno dignissimus. Omnis in illo
Purpura, Maiestas, Splendor, Sapientia, Virtus,
Cæsare non uno major supereminet vna,
Omnibus Augustis. Octavia, Iulia cedant,
Et vicina polo, magni fastigia Nervæ:
Inclinata tholos submittant hic, vbi latè
Vir Sapiens regnat, cælo visendus & orbi.
Felix Imperium felicia Regna putanda,
Est vbi Rex sapiens, qui se populumq; gubernat.
Quid regnare iuvat; tellus quid Mexica prodest?
Quid solij splendor, sceptrum, diademata, fasces,
Gloria? quid clausi Caveâ ductiq; Tyranni,
Si quis Rex animo non est si ducitur ipse,
Quo se vel rabies, animi, vel raptat Erynnis,
Rex est, qui proprijs affectibus imperat ipse,
Qui sapit, atq; prius novit se, qui popularis
Auræ non cupidus, qui se ratione gubernat,
Non metuit, non praua cupit, virtutis amator
Iustitiae cultor, rigidus exactor honesti.
Sic sapere est regnare, thronos, Capitolia, cellas,
Cum Iove Tarpeias cum Cæsare vota mereri

sicq;

Sicq; dabant vltro populi numerosa Tributa.
Talibus ô quantum præfulges optime RECTOR
Dotibus, ad numeros nequaquam exasse vocandis.
Nam si Te meritis, annis, virtutibus ex Te,
Artibus eximisq; Virum, producere fas est,
Orbis in Augustam faciem. Tu sufficis vnuis.
Cui vel Cecropius fasces committeret ordo.
Omnia concessere Tibi, Charitesq; Deæq;
Aonides; genio facilis, cultuq; decoro.
Ingenium felix, promptum, tractabile, lenes.
Et placidos sensus, inter sublimia rerum,
Concipiens, seruansq; modum, pennasq; perosum.
Icarias, sortitus; eo de munere cæli
Suaviter infuso, sic vtj, Palladis inter
Limina deductus poteras; vt acumine docto.
Quamvis præstares, scrutata novacula fibras.
Non fieres alijs, vel pugio Cæsaris ille,
Qui grauis ipse sibi, nec muscam vivere secum.
Pacificam voluit. Tibi mentis dulcia Tempe.
A teneris concessa, pari dulcedine morum.
Ingenijq; pari bonitate, per ardua Phæbi
Te comitante; lepos animi gratissimus inde.
Ore serenato sic respondebat, vt esses
Attica tota favis, Suadæ mellita disertis.
Sic hilares Musæ, sic Castalis aurea tota
Possedit mentem placidam, dotesq; secutus.
Eximias, plausus; celos promisit honores
Augur Apollo Tibi, dum magnis Cracidos aulæ.
Patribus arrisit studium, solidiq; labores.
Vt Tibi Regales, inter fastigia Lechi
Musarum patuere Lares; cultissimus ille
Hic animus, magno quantum de flamine Divum.
Hauserat, ostendit; seu per Stagyræa locutus
Pulpita, seu tonitru Suadæ rotat ille Periclis,
Par Sophus Oratorq; pares in culmine palmas
Gestat honorato. Pulcherrima bina corona,

B

Non

Non aliam frontem præcinxit suavius, in qua
Exultaret honos, geminus Suadæq; Stoæq;
Majori titulo. Sed Tu prensâsse coronas
Pro meritis contentus eras, non casside plumas
Attollens, cristaſq; leues, hederasq; vagantes:
Sed Iovis ex cerebro Natam, cùi sufficit, orbi
Ut sapiat, teneatq; modum, sensuſq; modestos.
Quis tanti genij ſenſum, celebrare modicum
Sufficiet? teneras cùm Chiron doctus Achilles,
Sarmaticam pubem pretiosaſq; Pignora Regni
Artibus ingenuis coluisti tempore longo.
Tu fueras Cratij Parnassi verus Apollo:
Teq; docente ferunt per amænum Cracidos hortum
Castalios vndâſſe lacus; Lætata Sororum
Atria, Sicelides, Nymphæ, Driadesq; Napæ,
Te tangente chelym, Te Drammata pollice docto,
Depromente, choris lætis Helicona mouebant.
Aonios vates fueras celeberrimus inter;
Cùm tamen aut Reges, magnos aut scribere Cives,
Debueras, tacito fueras cognomine scriptor.
Carmina fecisti, verum tulit alter honores.
Mentibus inde placens excelsis, moxq; subintrans
Pectora Magnatum, pretium nancisceris illud,
Quod sequitur magnos. Lechici dum sanguinis ingen,
Delicium, Gemmas Patriæ, dulcemq; medullam,
Orbi Sarmatico Patrijsq; Curulibus aptans,
Iam videas Tyaris ornatos, atq; Senatus
Augusti magnos summâ virtute Catones.
Euolat in plausus, Tibi nunc RADIVILLIVS ALES,
Facibus atq; suis celos accedit Honores:
Ut vigiles valeat ſic compensare labores.
SZEMBECIÆ QVE ROSÆ Virtutum murice Sacro,
Dum fulgent, fragrantq; bono Pietatis odore;
Nonne Tibi sexenta ſimul ſolatia cauſant?
LILIA quæ quondam docto celebrare Cothurno
Es ſolitus, magnam magno, cumulare favore;

Iuſtitiam

Iustitiam voluere Tuam, delubra sacerdos,
Astreæ ut coleres, Assessor, namq; Quirinæ
Tu Themidos gnarus, Canones discendo sacratos
Pectore complexus, Iustissimus Arbiter; æqui
Factus es, augustâ ^{fum}dum Hospes in urbe maneres
Tu Flos Aonidum, Craciæ Tu Gemma. Mineruæ,
Te colit Atlantem, summis Academia Sceptris.
Immortale Decus cedit pretiumq; Togatæ
Virtuti ecce Tuæ! studijs, quam summa Laborum
Tædia sollicitis vincis nisuç; potenti,
Procuras commune bonum successibus amplis:
Anxius assiduâ sollemmodo mente volutas,
Necnon fortis agis, non quod priuata coronet
Vota, sed eveniat lora omne publica fausto.
Eximias curas & marmora surda loquentur
Temporibus seris, sacras dum fænore largo
Basilicas Divis Altaria construis, ornas.
Gratatur Salomæa tuis conatibus inq;
Æde triumphali, pulchro vestita decore,
Tantorum fæclis faciet monumenta laborum.
Præfectus Phœbi laribus, sub pondere quanto,
Curarum patiens, summoq; labore grauari
Non refugis, suetus vigiles perducere noctes.
Omnes in partes oculos Academicus Argus.
Torques; Alcides nullo conamine victus
Sustentas sacræ generosus pondera curæ.
Enim moles crevit, surgunt Sacraria Divum?
Magnus ecce Tuis, quæ nunc conatibus auges.
ANNA DEI MATRIS MATER Divusq; **IOANNES**
Augustale nouum, quæis sollicitudine mira
Ædificas: studium Sanctum pensare perenni,
Tempore contendent, Cæli referentq; Coronam.
Diva Parens Regis summi Regina Polorum,
Virgebit natum precibus, longæuaq; vitæ
Tempora sidereis venient ab Arcibus vltro,
Ut valeas finire Tua hæc molimina felix.

Fama

Fama triumphalis nitidis per secula bigis.
Te vehet, immensos in fastis Gloria soles.
Durabit: Doctor Dignissime Nestora vinces.
Quam pia virtutum nobis exempla dedisti!
Dum sanctas Patrum vitas, miracula, mores.
Ascetasq; pios Lechico sermone loquentes,
Fecisti, vasto narrans volumine Divum
Virtutes, durasq; vias, quies itur ad astra.
Sed quis tam validas Curas narrare valebit?
Cum Novodvorscianis Praeses gratissimus, Hortis.
Pubentes animos colis & virtutibus ornas.
Porrigis ut vultum Phæbæum, fronte serenâ
Protinus exhilaras mentes animosq; Iuventæ.
Igniculis facris pectus succendis eburnum,
Ad studium semper teneros animando Quirites.
Sed iam Musa tacet, dum Jupiter ipse Polonus
Sub Clypeo Servat magnisq; favoribus auget.
Porro cum Lechici Nomen celebrare Tonantis,
Non cessas, cumulas meritum Nobisq; Tibiq;
Ergo triumphales Musæ succendite faces,
Majestate novâ tantum venerarier omnes.
Contendant: reponet millenis plausibus almus.
Craciadum Pindus cunctorum vota secundis
Plausibus Io canant RECTORI; Gaudia mille
MAGNIFICO geminent, caris sua pectora donis.
Nunc opulenta ferant, quæ tanti Principis vrget
Magnus amor. Dives fulvas nunc fundat arenas.
Hermus & Hesperio currens de clymate Tagus.
Quod si magne Pater, Princeps Dignissime Noster.
Hoc Tibi vile tuli serum posuiq; Tributum,
Ergo pro culpa, serum me scribe perennem.



Biblioteka Jagiellońska



stdr0012951

